Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Nicolaus Ilnicki Czerncowicz siue illius posteri ad Instantiam supra Gnosi Theodori Zochowski Vicepalatini Syradiensis aut ipsius Successorum, ad officium praesens Castrensis Capitaneatus Premysliensis extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Damna praetacta Terrestria simpliciter taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur sequae suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, Causas eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad Evictorem vel alys quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea vltra proximos Officy praefati Castrensis Capitaneatus Premysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus, Suspensionibus, fatalys Iuris praescriptione Terrestri bello conuentioneque, ac alys omnibus Iuris remedys et defensys non subterfugiendo, nec modo aliquouis euadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Ilnickie Coniuges Komarnickiego Quietant et Statuent.

2106 α

801

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premyslien. Nobiles Stephanus Ilnicki Czerncowicz, et Marina Sozanska Coniuges legitimi, Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq. Suis quibusuis proprys et competentibus recedendo, praesenti vero Castren. Capitan. Premyslien. Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, bonisq. suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq. subyciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia, ipsi et quidem Consors cum praefati mariti sui uti tutoris coniugalis personali authoritate et assistentia atq. Vltroneo ad infrascripta recognoscenda consensu suo et Nobilis Michaelis Ilnicki Czerncowicz Filii ...ipro cuius ratihabitione cauent ac se praesentibus inscribunt nominibus Nobilem Fedorium Komarnicki et ipsius successores: de causa et actione Iudiciaria, per se Recognoscentes supraescripto Nobili Komarnicki, et alys inculpatis in processu causae (:cum quibus salua eadem causa et actio praesens reseruata) specificatis, ratione ipsos Curias sui Recognoscentium in Villa Ilnik sitas, cum Gnoso Theodoro Zochowski et alis comprincipalibus sub praetextu cuiusdam Iuris Caduci Leperinequitationis, sui Recognoscentium Concussionis, rerum permultarum receptionis, violentiarum ingentium perpetrationis, processu Causae praemissa fusius enarrante; ad Iudicium Tribunalicium Regni Lublinen. instituta et intentata: nec non de protestationibus quibusuis, decretis, condemnationibus, poenis infamiarum ea in causa obtentis earumq. publicationibus atq. iniurys et praetensionibus quibusuis, ob plenariam et sufficientem sibi Recogno

scentibus

scentibus pro praemissis omnibus praestitam satisfactionem quietant, emittunt, dimittunt, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat. Causam eandem et actionem iudiciariam, protestationes omnes, decreta et poenas infamiarum, cum ipsarum publicationibus, in toto et per omnia cassant, mortificant, et annihilant praesentibus. Sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium. Nihilominus ijdem suprascripti Recognoscentes Nobiles Stephanus Ilnicki Czerncowicz et Marina Solanska coniuges legitimi, debebunt et tenebuntur, prout se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis pecuniarijs quibusuis habitis et habendis suprascripto Nobili Fedorio Komarnicki eiusque posteris inscribunt et obligant praesentibus. Nemoratum Nobilem Michaelem Ilnicki filiastrum suum, vel in euentu mortis successores illius, ad approbandam per ipsum Inscriptionem praesentem Quietatoriam, vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaeuis authentica Regni perpetua intra decursum duodecem septimanarum adducere et personaliter statuere ab eoque vel illius successoribus ut praemissa debite exequantur efficere: Idque sub damnis Terrestribus simpliciter absque corporali iuramento taxandis et edicendis per eosdem Recognoscentes siue illorum successores, praedicto Nobili Komarnicki aut eius posteris ob non statuitionem praedicti illius Michaelis Ilnicki statuendi pro tempore et loco superius expressis semper toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbent. Proquibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis et edicendis, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda. Citati existentes memorati Recognoscentes Nobiles Ilniccy Coniuges siue illorum posteri. Ad Instantiam suprascripti Nobilis Fedorij Komarnicki aut illius successorum ad officium praesens Vel in euentu mortis successorum illius

Castrenſ Capitanſ Premysliensſ extunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semp in primo Citationis Termino tanquam peremptorio sta re Iuri parere respondere damna praefacta Terrestria simpliciter taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur sese ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat, praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera Infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta, ad Evictorem, vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanſ Premysliensſ Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus suspensionibus, fatalis Iuris, praescriptione Terri, bello, conventioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

6/VIII **Feria Quinta ipso die Festi Transfigurationis Christi Domini Anno Eiusdem Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.**

Ostrorogowa et Drogocka mutuo Rbnt.